magis inuidentia regnat in nobis Contenti-
tiones & contradictiones litesque peccatorum &
confusio habundant in nob iniquitates omnia
simul operiunt unusquisque terrena requirit &
celestia respuit temporalia concupiscit &
beatitudinem aeternam non diligit. Si desi-
deras esse celestis semper que terrena sunt execrare
& dispice perfectorum uero exempla sectare
si uis cum xpo regnare. Explicit

Sciatis nos oportet timere tres causas
karissimi fratres per quas totus mundus perit
hoc est gula & cupiditas & superbia quia di-
abulus per istas tres causas adam pri-
mum hominem circumuenit dicens in quacumque
die commederitis de ligno hoc aperientur o-
culi uestri Nos autem semper timeamus istas tres
causas pessimas ne sicut adam in inferno
damnatus est ne nos damnemur. Tenea-
mus abstinentiam contra gulam. largitat-
em contra cupiditatem. humilitatem con-
tra superbiam nam hos sciamus qui xpiani
dicimur angelum xpi custodem habemus sicut
ipse saluator dicit amen dico uobis quod angeli eo-
rum semper uident faciem patris mei qui in celis est